

Quintus.

16336404

343064840

Sextus.

85766121

35164110961

Septimus.

nis  $6\frac{1}{2}$  vno videlicet plus ad 5. pro 100. & hoc facies per modum centesimæ sextæ regulæ ob facilitatem nam 5. pro 100. sunt  $\frac{1}{20}$  & quia non promeretur septimum annum nisi pro medietate quæ est  $\frac{1}{40}$  ideo multiplicabis 20. sexies in se & fit 64000000. hoc multiplica semel 140. fit 256000000. promerere igitur hoc pro sex annis addendo semper  $\frac{1}{20}$  & fit vt vides 3530644840. hoc igitur est meritum pro 6. annis integris promerere modo pro 6. mensibus habebis hoc 35164110961. dic igitur si 35164110961. fit ex 3430644840. ex quo fiet per dictam regulam 3430644840. multiplica hunc numerum in se & productum diuide per 35164110961. & exit  $\frac{117693240121865500}{35164110961}$  dic digitur si hoc fit ex 2560000000. in annis  $5\frac{1}{2}$  ex quo fiet 600 multiplica 600. 1256000000 fit 153600000000. diuide per supra dictam fractionem & exit 458.  $\frac{678552254978432}{735827511386641}$  & tot aureos debet ille exburfare præentialiter, & facilitatur operatio dimittendo diuisionem primam, vt vides deinde diuidendo per modum regulæ octauæ capituli 31. sic enim facilitatur operatio hæc & abreuiatur.

Aureus est Mediolani lib. 4. secundum valet lib. 5. sol. 12. Venetijs aureus est lib. 6. sol. 4. scutum valet lib. 6. sol. 15. in Sicilia scutum valet carlinos 15. sol. 3. Mediolanenses risma cartæ est foliorum 500. quidam emit rismas tot Venetijs librorum ad lib. 4. venetas quod valor fuit ducatorum venetorum 40. venit Mediolanum & permutauit cum alio dando 12. ex suis libris pro aureo veneto quilibet lib. 1 erat folia 36. expensæ conducendi libros ex Venetijs Mediolanum sunt  $\frac{1}{6}$  valoris librorum Venetijs, recipit autem in permutatione. libros Mediolani ad lib. 4. Mediolanenses pro risma: conductio librorum ex mediolano in Siciliam est  $\frac{1}{2}$  pretij siue valoris Mediolani: libri quos accepit in cambium fuerunt trium modorum quidam 30. faciliorem quidam 40. quidam 60. queritur volendo vendere dictos libros in Siciliam aduectos vt lucretur ultra omnes expensas 20. pro 100. quomodo debet appetiari dictos libros.

Hæc quæstio sicut præcedens fuit in effectu præcisè vt ponitur & est quæstio composita sicut præcedens nam vt vides præcedens soluitur per quinquagesimum septimum & quinquagesimum octauum capitulum quia habet merita & recompensationem & reductionem ad vnum terminum & ita hæc præsupponit capitulum quinquagesimum sextum de cambijs & capitulum quinquagesimum quintum de permutationibus & capitulum quinquagesimum nonum de lucris & damnis propter expensas & propter venditionem & pretia ad terminatum lucrum & tales quæstiones sunt valde pulchræ & vtilis & beatus est mercator qui bene scit eas explicare nam nihil magis ditat homi-

Top. IV.

nem quam bene intelligere tales per tractationes commercia & fere nulli inueniuntur his temporibus qui rectè sciant se bene in illis exercere sed postmodum exercent se in execranda vsura quia lucra licita nesciunt bene intelligere. Ideo posui hæc duo exempla vt per illa possis omnes compositas quæstiones intelligere, ibi enim iacet lepus, & quidam qui sunt magis fortunati quam solertes existimant se esse peritissimos in his & admittunt errores ad 15. pro centum & in damnum suum quod est stultitia, & in damnum alterius quod est peccatum.

Do autem tibi tria præcepta in omnibus istis quæstionibus soluendis compositis quorum primum positum est in capitulo de cambijs quod debes reducere omnia ad valorem scuti & non alterius monetæ fixæ nam hæc est maxima pars erroris, secundum quod debes exquisitè inuenire capitale tuum & ad ipsum habere oculos, nam quandoque homini videtur lucrari multum & perdit eo quod non ponit mentem ad capitale & in capitali intelliguntur omnes expressæ vsque quo homo disposuerit merces in loco in quo vult vendere ita quod non deficit nisi emptor. Tertium quod soluendæ sunt à parte ad partem tales quæstiones in pluribus viribus nam hi qui volunt breuiter soluere & transgredi operantur cum maxima difficultate & committunt errores magnos in damnum proprium quia si minus apreciant quam oportet non lucrantur expensæ victus si autem nimis non inueniunt emptorem & merces remanent ibi ideo aduerte diligenter, dic igitur primo risma valet Venetijs lib. 4. & duc. valet lib. 6. sol. 4. igitur duc. vno habebis rismas  $1\frac{17}{25}$  nam 124. continent totiens 80. igitur pro 40. duc. habebit rismas  $40\frac{44}{25}$  & sunt risma 62. & quia vnus liber habet folia 36. igitur vna risma continebit libros  $13\frac{8}{9}$  & quia habuit 62. rismas igitur habuit libros 861. & quia dat libros 12. pro ducato igitur habebit ducatos  $71\frac{1}{4}$  Venetos & quia ducatus valet lib. 6. sol. 4. igitur ducati  $71\frac{1}{4}$  erunt solidi Veneti 9177. quos diuide per valorem scuti qui est 135. igitur habebit valorem scutorum 68. minus 3. solidis Venetis quare scuti 68. minus duobus solidis Mediolanensibus fermè sunt lib. 380. sol. 14. Mediolanenses dando solidos 112. pro scuto, & quia pro quibuslibet 4. libris Mediolanensibus habet vnam rismam papii igitur pro libris 380. sol. 14. habebit diuidendo per 4. rismas 95  $\frac{1}{40}$  siue rismas 95. folia 88. & quia pretium Venetiarum est duc. 40. & crescit ex expensis  $\frac{1}{6}$  igitur capitale est duc.  $46\frac{2}{3}$  & sunt scuti 42.  $\frac{117}{35}$  & quia expensæ à Mediolano in Siciliam sunt  $\frac{1}{2}$  pretij appetiati Mediolani & pretium appetiatum fuit scutorum 68. minus duobus solidis Mediolanensibus igitur expensæ erunt scuti 34. minus solido vno, quos adde scutis capitalis qui fuerunt 42.  $\frac{117}{35}$  & fient scuti 76. solidi 96. Mediolanenses fermè & sunt scuti 76.  $\frac{6}{7}$  & quia volumus lucrari 20. pro 100. & est  $\frac{1}{5}$  capiemus  $\frac{1}{5}$  de 76.  $\frac{6}{7}$  & est 15  $\frac{25}{35}$  & addemus ad  $76\frac{6}{7}$  fient

R 3 scuti